



Crisis Theologica

In Qva Selectiores, Et Aciores hujus, et elapsi sæculi controversiæ,
subsecuturâ in Elencho legendæ discutiuntur

Crisis Theologica - In Qva Selectiores, Et Aciores hujus, et elapsi sæculi
controversiæ, subsecuturâ in Elencho legendæ discutiuntur

Casnedi, Carlo Antonio

Ulyssipone, M.DCCXI

§. II. Secunda, & vera sententia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-84777](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-84777)

quis se somno tradit, ante illam horam illud non violatur: ergo dans causam omittendi non peccat ante eam horam.

N. 317. Secundò, quia præceptum non violatur, nisi pro tempore, pro quo obligat: sed præceptum audiendi sacrum non obligat pro semper, sed tantum pro horâ duodecimâ; ergo tunc tantum violatur; ergo ponens causam omissionis ante dictam horam non peccat.

N. 318. Verum hæc sententia nullatenus sustineri potest; 1. quia implicat peccatū externū sine peccato interiori: sed si qui dat causam omissionis sacri, non peccaret, nisi quando instat tempus audiendi sacrum, nempe horâ duodecimâ, sequeretur, quod daretur peccatum exterius sine ullo peccato interiori, nam horâ duodecimâ, supponitur, quod omittens dormiat, implicat autem, ut dormiens peccet formaliter; ergo implicat, ut tunc tantum peccet omittendo sacrum, quando est horâ duodecimâ; ergo peccavit prius, dum se somno dedit, prævidens ab eo secuturam omissionem sacri, quæ omisio incepit esse peccatum in somno, tamquam in causâ liberâ. Secundò, quia sicut volitio, siue expressa, siue interpretativa, occidendi (idem dico de alijs præceptis) est peccatum, etsi non sequeretur homicidium; ita volitio, siue expressa, siue interpretativa, omittendi sacrum, est peccatum, etsi ad eam non sequeretur omisio sacri: ergo falsum est, tunc tantum omissionem imputari ad culpam, quando instat præceptum, & actus omittitur; cum certum sit prius saltem contrahi peccatum, dum volo, siue expressè, siue interpretativè, (ut accidit in nostro casu) omissionem sacri, in ipso somno tamquam in causâ impeditivâ sacri.

N. 319. Rationes oppositæ non urgent. Non prima; quia S. Thom. vult tantum, quod præceptum affirmativum sacri non violetur per omissionem, nisi cum instat præceptum; non autem vult, non violari illud idem per positionem causæ usque ad illud tempus; nam omne præceptum affirmativum duo importat, quorum unum præcipit directè, nempe talem actum Fidei, Spei, Religionis &c. aliud præcipit indirectè, seu potius vetat, nempe, nè ponatur causâ impeditiva actus præcepti pro tempore præcepto. Hinc patet ad secundam rationem; qui enim somno se tradit, violat præceptum sacri, quatenus vetat somnum impeditivum sacri, adeoque dum somno se tradit, violat præceptum illud affirmativum, quâ parte est negativum, & ideo, etsi quis expergefactus ante duodecimam retractaret suam voluntatem, & postea

sacrum audiret, adhuc teneretur in confessione aperire, se habuisse volitionem omittendi sacrum; peccavit igitur, dum voluit omittere, & non tantum, dum omisit.

§. II.

Secunda, & vera sententia.

SUMMARIUM.

Vult tunc tantum peccari, cum ponitur causa omissionis, non cum ponitur omisio, quæ est tantum effectus peccati, DD. n. 320.

Arist. ait, per vite dimidium felicem à misero non differre, n. 321.

Ut somnus est tantum denominativè liber, ita omisio sequens ad illum, n. 322.

Responsio M. Godoy, n. 323.

Impugnatur, n. 324.

Non repugnat, ut aliquid sit effectus, & recipiat denominationem a sua causâ, n. 325.

Sicut voluntarium aliud in se, aliud in causâ, ita liberum, n. 326.

Omne liberum in se est à se liberum, omne liberum in causâ est à sui causâ liberum, n. 327.

Tot a differentia erit de voce, n. 328.

Confirmatio doctrina, n. 329.

Ab absurda ex sententiâ citandâ, quia implicat, ut duo aequali malitiâ idem volentes, unus magis peccet, quam alter, & quia homo dormiens rite absolvetur, n. 330. 331.

Licet ad meritum plus requiratur, quam ad demeritum, eadem tamen libertas, n. 332.

Responsio M. Godoy, n. 333.

An videns se reddi impotentem ad jejunium, contractâ infirmitatē toties peccet, quoties non jejunat, n. 334.

Quid dicat M. Godoy, n. 335.

Eadem in re utilitas, siue hanc, siue citandam sequamur sententiam, n. 336.

Secunda sententia ex toto opposita primæ N. 320. ait, tunc tantum peccari, quando ponitur causa voluntaria omissionis, non autem quando sequitur pro suo tempore omisio, ita ut omisio sit tantum effectus peccati, non peccatum. Ita P. Valq. 1.2. d. 34. cap. 3. P. Gran. tr. 4. de Peccat. d. 3. n. 7. & alij.

Pluribus hæc sententia probatur: primò, N. 321. quia S. Thom. 2.2. qu. 154. art. 5. in corp. ait: Nocturna pollutio numquam est peccatum, sed quandoque sequela peccati precedentis: idem docet in 4. dist. 9. qu. 1. art. 4. ergo etiam omisio actus debiti contingentis in somno numquam erit peccatum, licet aliquando sit sequela peccati antecedentis. Accedit Arist. lib. 1. Eth. cap. 2. & 3. dicens, quod secundum dimidium vite, seu somnum, non differat felix à misero,

miseri, nec vitiosus à studio, differret autem, si omisso sacri in dormiente voluntarie, esset peccatum: ergo &c.

N. 322. Secundo, quia de ratione peccati est libertas, & prout est peccatum, talis debet esse libertas: ergo de ratione peccati actualis est libertas actualis: ergo cum omisso sequens ad somnum non sit actu libera, eo ipso non est actuale peccatum; immò sicut eadem omisso non est libera nisi denominative à libertate præterita, ita eadem omisso non erit nisi denominative peccatum à volitione præterita peccaminosa imperante somnum impeditivum auditionis sacri, atque adeo omisso sacri erit peccatum tantum in causa, non in se. Confirmo: Somnus, qui immediate procedit à volitione peccaminosa, non est nisi denominative liber: ergo multò magis omisso, quæ procedit immediate à somno, non erit nisi denominative libera: ergo non nisi denominative erit peccatum, seu non erit nisi peccatum in causa, non autem in se.

N. 323. Neque verò sufficit dicere cum M. Godoy à n. 28. ad 31. quod licet hoc argumentum petitur à libertate sit urgens, attamen unice probat, quod omisso secuta ad somnum non sit peccatum à se, quod ultro concedit, at non probat non esse peccatum in se à causa denominante: & subdit, quod Doctores secundæ sententiæ taliter docent omissionem esse voluntariam, & peccaminosam in causa, quod denominatio peccati sistat in causa, nec transeat à causa ad omissionem in se; nos autem (inquit) dicimus denominationem peccati non sistere in causa omissionis, sed transire ad ipsam omissionem, ut à causa distinguitur, non ita quod ei omissioni conveniat libertas, & malitia à se, sed taliter, quod illi conveniat in se per denominationem à causa. Hæc Godoy.

N. 324. Sed contra primò: quia nullus ex Patronis secundæ sententiæ negat omissionem denominari peccatum ab ipsa volitione formaliter peccaminosa, imperante somnum prævisum impeditivum auditionis sacri; immò omnes aperte docent eandem omissionem esse denominative peccatum à dicta volitione; ita ut ipsa volitio somni sit formaliter in se, & per se ipsam peccatum: ipsa autem omisso sacri prævisa sit denominative peccatum à volitione peccaminosa, & sit formaliter peccatum in ipsa volitione: eo modo, quo volitio occidendi est formaliter in se, & per se ipsam peccatum; occisio autem, seu actus exterior est denominative peccatum ab eadem volitione, & est formaliter peccatum in ipsa volitione. Neque Tom. I.

verò obesse potest, quod eadem omisso sacri sit effectus peccati, seu volitionis peccaminosa; ergo non potest esse peccatum denominative à volitione. Non, inquam, obest, ut aliquid sit effectus, & simul suscipiat denominationem à sua causa, ut patet in occisione, quæ est effectus volitionis occidendi ab hac volitione peccaminosa imperatus, & simul ab eadem volitione ea occisio denominatur peccatum: similiter effectus denominatur *productus* à causa efficiente ejusdem effectus: ergo per hoc quod omisso sacri sit quasi effectus imperatus à volitione peccaminosa somni, cum ea omissionem connexi, non sit, quod ab eadem volitione peccaminosa ea omisso non denominetur, immò denominatur peccatum. Hoc eo magis urget, quò verior est opinio, quod nulli actui præterquam voluntatis conveniat intrinseca formaliter honestas, & malitia; atque adeo omnis actus exterior, aut ejus actus exterioris omisso, in se, nec est formaliter peccatum, nec est formaliter honestum, sed purè denominative honestum, aut peccatum à volitione formaliter per se, & in se inhonesta, aut honesta, & idem actus, vel omissiones potentiarum à voluntate diversarum sunt tantum in volitione, à quâ procedunt, inhonesta, vel honesta, seu tantum peccatum in ipsa volitione peccaminosa.

Contra secundò: quia sicut per omnes N. TT. duplex est voluntarium, aliud in se, aliud in causa; ita duplex est liberum, aliud in se, ut sunt actus immediate procedentes à potentia libera, nempe actus voluntatis; aliud in causa, ut sunt actus imperati ab ipsdem voluntatis actibus: ergo etiam duplex est peccatum, aliud in se, aliud in causa. Vel igitur omisso sequens ad somnum est libera in se, & hoc non; immò implicat ut sit libera in se, cum procedat immediate à somno, qui tollit omnem libertatem, & cognitionem prærequisitam ad libertatem: ergo neque omisso erit peccatum in se. Vel eadem omisso sequens ad somnum est tantum libera in causa, nempe in volitione imperante somnum prævisum impeditivum sacri, & sic eadem omisso erit tantum peccatum in sui causa, & non nisi denominative erit peccatum à causa. Dicere autem N. eam omissionem sequentem ad somnum esse liberam in se, sed non à se, est tollere celebrem divisionem liberi, in liberum in se, & liberum in causa: omnes enim supponunt omne liberum in se esse à se liberum, & omne liberum in causa esse à sui causa liberum, omne enim liberum, præter Primum Liberum, Z ij

berum, est ab aliquo efficienter liberum, nec de hoc dubitatur: ergo omne liberum in se, est à se liberum: ex. gr. volitio est libera à se, non quòd non sit producta, est enim producta; sed dicitur libera à se, quatenus est libera à voluntate in se libera; & omne liberum in alio est ab alio liberum, non quòd ab alio non sit productum, de hoc enim non dubitatur, sed quia est liberum à voluntate imperante.

N. 328. Contra tertio: quia tandem tota differentia inter secundam sententiam relatum, quæ affirmat omissionem esse tantum formaliter peccatum in volitione peccaminosa, & non nisi denominativè peccatum ab eadem volitione; & inter tertiam referendam, quæ admittit omissionem esse formaliter, & verè peccatum, tota, inquam, differentia erit de nomine. Nam utriusque opinionis DD. in hoc conveniunt, quòd ea omisio sit peccatum in ipsa causa, & sit in confessione explicanda: quare tota differentia erit, an omisio sit etiam peccatum in se; hoc autem secundæ sententiæ DD. negant, quòd sit formale peccatum in se, sed purè denominativè, innixi urgenti rationi adductæ, quia nullum in se non liberum potest esse in se peccatum: tertiæ autem sententiæ DD. affirmant, & adducto argumento impetiti dicunt esse denominativè in se peccatum; ergo isti coincidunt cum illis, cum hac differentia, quòd illi melius discurrunt.

N. 329. Confirmo hoc ipsum: Demus, quòd quis post efficacem volitionem omittendi, quocumque eventu superveniente, sacrum, occupetur negotio gravissimo, liberante eum à sacri auditione, ex. gr. ut moribundo opituletur: quæro ab Adversarijs, an instante horâ audiendi sacrum, peccet illud non audiendo? Negabunt utique; quia assistentia necessaria eum liberat: & tamen probò eum peccaturum non tantum per volitionem omittendi sacrum, sed etiam per ipsam omissionem; nam ille vult omittere sacrum in quocumque casu, ita ut licet non teneretur moribundo assistere, adhuc sit determinatus illud omittere: ergo tenetur in eo casu non tantum confiteri se voluisse, sed se omisisse sacrum: ergo ipsa omisio est peccaminosa; sed non est formaliter in se peccaminosa, ut docent Adversarij; ergo est peccaminosa tantum in volitione. Subsumptum probatur: quia causa legitimè excusans eum ab auditione sacri, liberat eam omissionem ab omni peccato; ergo ea omisio in se non est formaliter peccaminosa; ergo habet totam suam malitiam à volitione, quæ reddit eam omissionem denominativè peccaminosam,

adhuc in eo casu, quo ea liberatur à formali malitiâ, quam Adversarij adtribuunt.

Omitto alia argumenta; & venio ad in- N. 330. convenientiam, quæ sequuntur ex tertiâ sententiâ referendâ. Primum est, quòd unus homo magis peccaret, quàm alter, licet uterque idem malum æquè vellent: fac enim, ut duo ante somnum determinati omittere sacrum, unus à somno excitetur; & sacrum audiat, alter non excitetur, & non audiat; magis peccaret hic non audiens ratione omissionis, quàm ille per volitionem omittendi sacrum, quia iste omisit, ille non omisit: licet enim verum sit, quòd unus præter peccatum habuerit deinde actum bonum, nempe volitionem audiendi sacrum, quam alter non habuit, & in hoc illi homines sunt inter se dispares; attamen ego pure loquor de peccato utriusque; & quæro, an magis peccarit, qui omisit, an æquè, ac qui audiavit? Si æquè; ergo ipsa omisio in se non est peccatum: si inæqualiter; ergo ex duobus cum equali libertate, & malitiâ volentibus omittere sacrum, plus formaliter peccavit omittens, quàm audiens: quod videtur repugnare, quia jam non esset æqualis malitiâ utriusque. Scio M. Godoy num. 48. dicere, quòd omittens sacrum non magis peccavit intensivè, & peccato interiori, quàm non omittens; peccavit tamen magis extensivè, seu peccato exteriori, quàm non omittens. Sed contra primò: quia argumentum adhuc est integrum, nempe quòd duo idem omnino, & eadem advertentiâ, & malitiâ volentes, inæqualiter peccarent; nam tota malitiâ, quæ est in ipso peccato exteriori, seu omissione, est formaliter in ipsâ volitione omittendi sacrum: ergo uterque æquè peccavit: ergo omisio in se non est peccatum. Contra secundò: quia vel illud peccatum exteriorius habet aliquam maiorem malitiam formalem distinctam ab ipsâ malitiâ volitionis omittendi, vel non? Si habet; ergo omittens magis formaliter peccat, quàm non omittens; cum tamen M. Godoy neget quòd unus homo magis peccet, quàm alter, si uterque idem vult: si non habet; ergo omisio in se nullam habet malitiam formalem.

Secundum inconveniens est, quòd sicut N. 331. homo liberè dormiens per omissionem sacri peccat, & demeretur; ita à pari homo liberè dormiens, si prævidisset se actus bonos operaturum in somno, per eos mereretur, imò, si sciens se in somno formam absolutionis, aut Baptismi prolaturum, validè in somno absolveret, & baptizaret præsentem materiâ Sacramenti, & alijs requisitis: ut enim intentio omittendi sacrum moraliter continuatur

nuatur per somnum, & ideo omiffio facri fequens ad fomnum liberum eft peccatum; ita intentio baptizandi continuaretur moraliter per fomnum, & ideo, fi reliqua adfint, erit validus Baptifmus. Neque verò communis refponfio, quod ad meritum plus requiratur, quam ad demeritum, aliquid prodeft; licet enim hoc verum fit, nam ad meritum de condigno requiritur ftatus gratiæ, & ad de congruo requiritur, & fatis eft, ut actus procedat à principio fupernaturali; at tamen eadem libertas, quæ eft neceffaria ad meritum, eadem requiritur ad demeritum, & contra: ergo vel omiffio facri in fomno non eft in fe peccatum; vel fi eft, etiam auditio facri in fomno erit meritoria: fi enim, ut ea omiffio fit in fe demeritoria, fatis eft, ut fit libera in caufa, feu volitione imperante fomnum, etfi in fe non fit libera, nam accidit in fomno; ita à pari, ut auditio facri contingens in fomno fit meritoria in fe, fatis erit, ut fit libera in caufa, feu volitione imperante fomnum, cum prævifione auditio- nis, feu præfentia facri in fomno. Quapropter M. Godoy totum hoc advertens ait n. 49. folutionem datam, fi velit omne opus meritorium relegare ab homine dormiente, fibi apparere difficilem, & ideo concedit actum bonum in fomno effe meritorium ratione actus fomni antecedentis, licet non fit ratione fui meritorius. Hæc infignis Theologus. Sed reverà hoc non eft, nili dicere, quod nos, effe meritorium in caufa, & à caufa denominari meritorium; quod idem judicamus dicendum de omiffione. Deinde M. Godoy procedens ad folutionem abfurdæ deductæ ex Sacramentis, ait num. 51. difficile effe assignare rationem, cur prævidens fe in fomno verba conflituenda Sacramentum Euchariftiæ proferre folitum, & habens volitionem proferendi in fomno ea verba, & faciendi, quod facit Ecclefia, non conficiat validum Sacramentum: tandem num. 53. dat rationem appellans ad voluntatem Chrifti D. qui licet prolotionem verborum voluntariam tantum in caufa inevitabili potuerit elevare ad conficiendum verum Sacramentum, noluit tamen hoc facere; quod conflat ex communi T. T. confenfu. Sed contra; quia fi ifte eft communis T. T. confenfus, non debet idem confenfus per aliam doctrinam everti; immò omnis talis doctrina, quæ cum evertit, negari debet ut falſa: fed fententia afferens fatis effe ad peccatum in fe, ut opus fit liberum in caufa, etfi non fit liberum in fe, cum confenfum evertit, ut conflat: ergo talis fententia eft neganda.

N. 334 Tertium inconveniens, omiffis alijs, quæ

trahit, & folvit M. Godoy, eft; quia fequitur infirmum, qui voluntariè infirmitatem contraxit prævidens ex illâ fecutura effe omiffionem facri, peccatum peccato omiffionis facri toto tempore, quo infirmitas facrum impeditura durabit. Confequens eft falſum, ergo & antecedens. Sequela probatur: Ut enim omiffio facri fequens ad fomnum prævifum impediturum facrum, eft peccatum tunc, cum inflat præceptum audiendi illud; ita à pari omiffio facri fequens ad infirmitatem voluntariam prævifam impediturum facrum, toties erit peccatum, quoties occurrerit dies feftivus, & inflabit hora audiendi facrum. Minor autem probatur, tum quia eft nimis rigidum cenſere infirmum toties graviter peccaturum, quoties occurrerit hora obligans ad audiendum facrum; tum quia idem dicendum erit de voluntariè infirmitate, ad quam fecutura videtur omiffio jejunijs, & propter quam curandam fecutura videtur impotentiæ folvendi debita ante eam contracta; toties cum infirmum peccaturum mortaliter non jejunando, & non reſtituendo, quoties dies jejunijs occurrerit, & impotentem fe reddit propter remediorum emptionem, ad folvendum debita anteriora; tum quia fi dicti infirmi omitendo facrum, & jejunium peccant mortaliter novo peccato eo die, quo facrum non audiunt, & non jejunant, fequeretur, quod dicti infirmi, ftante eâ gravi infirmitate, tenerentur ire ad facrum, & jejunare, nè eo die mortaliter novo peccato peccent; immò tenerentur medicum non ſolvere, & phar- maca non emere, ne reddant fe impotentes folvendi debita anteriora; hoc autem eft contra omnium fenſum: ergo illi infirmi tunc tantum peccarunt mortaliter, cum voluerunt occaſionem prævidentes violatio- nem facri, jejunijs, & juſtitia; & hæc violatio eft tantum peccatum in caufa, non autem in fe.

Scio quod M. Godoy poſt impugnatas N. aliorum ſolutiones, concedat ſequelam, & 335. neget effe nimis rigidum, præcipuè cum in M. God. manu infirmi fit retractare præcedentem volitionem, quâ retractatione poſita non amplius perfeverat moraliter voluntas infirmitatis impedituræ facrum, & jejunium; & infirmitas non amplius eft voluntaria caufa omiffionis facri, & jejunijs; & tunc omiffio facri, & jejunijs non erunt amplius peccata, cum non fit libera in infirmitate non amplius libera. Sed contra primò: quia vel hæc retractatio eft ſimpliciter neceſſaria, vel non eft? Si eft, non poterit negari ſummus rigor: fi enim opinio S. Bonaventuræ afferentis teneri

teneri hominem post mortale statim conteri, est nimis rigida; multo magis rigida erit hæc sententia, præcipue cum ea retractatio, ut plures docent apud M. Godoy n. 61. fieri debeat per contritionem, aut attritionem cum Sacramento Pœnitentiæ; & licet daretur, satis esse, ut ea retractatio fieret per mutationem propositi prioris, quo quis infirmari voluit, & per hoc leniretur tantus rigor, adhuc non video necessitatem talis retractationis; assignetur enim præceptum obligans ad eam retractationem, & hæc retractatio gratis ab Adversarijs inducitur, præcisè ut inconveniens objectum solvant, cum tamen, si in oppositam abeant sententiam, nullum sit inconveniens. Si autem non est necessaria; ergo poterit omitti; & tunc redibit argumentum, quod infirmus impotens jejunare ex infirmitate voluntariè contracta peccabit novo peccato. Addo me non videre in sententiâ asserente novum in se peccatum in omissione sacri secutâ ad somnum voluntarium, & in omissione jejuniij secutâ ad infirmitatem voluntariam, me, inquam, non videre ullam utilitatem; nam ex unâ parte sententia hoc asserens convenit cum secunda relatâ, asserente hominem per volitionem somni pravisi impediri sacrum, & infirmitatis prævisæ impediri jejunium quadragesimale contrahere omnem formalem malitiam, ac si in re daretur omisio sacri, & jejuniij: rursus plerique ex Contrarijs negant specialem formalem malitiam inesse operi externo contradistinctam à formali malitiâ volitionis: ex aliâ non satis solvunt inconvenientia contra eos adducta, nempe quomodo contrahatur à dormiente nova malitia formalis per omissionem, & quomodo, stante præcepto naturali obligante sub gravi infirmum ad non jejunandum, peccet voluntariè novo peccato mortali infirmus omittendo jejunium: ergo hæc secunda sententia præferenda est tertiæ, quam mox adduco, & ejus argumenta solvo.

§. III.

Tertia sententia.

SUMMARIUM.

Vult contingentem in somno sacri omissionem tempore instantis præcepti, esse verè peccatum, & non tantum effectum peccati, DD. num.

337.

Idem potest simul esse effectus peccati, & peccatum, ibid.

Hæc tertia non nisi voce differt à secundâ, num. 338.

Præcepta affirmativa ex S. Thom. non obligant ad semper, n. 339.

S. Thom. aperte stat pro secundâ, n. 340.

Omissio sacri est peccatum in volitione somni, n. 341.

Instantia non sunt ad rem, & evidentè retorquentur, n. 342. 343.

Volitio homicidij, & homicidium sunt quasi unum peccatum, n. 344. 345.

Sicut aliud est voluntarium in se, aliud voluntarium in causâ, ita aliud est peccatum in se, aliud in causâ, n. 346.

Tertia sententia est, quod dans causam omissioni culpabili peccat peccato omissionis formaliter, & peccato omissionis inchoativè, quoad hoc verum dicit; probavi enim contra primam sententiam peccari per volitionem omissionis culpabilis. Rursus hæc tertia sententia ait, quod omisio contingens in somno tempore instantis præcepti verè imputatur ad culpam, & est verè peccatum, & non solum effectus peccati. Ita in terminis M. Godoy n. 12. qui n. 2. citaverat pro hac sententiâ M. Soto, M. Sylvest. P. Sanch. P. Val. P. Suar. d. 3. de Peccat. sect. 4. n. 1. & alios plures. Verumtamen si hæc sententia velit, quod ea omisio non sit tantum effectus peccati, sed etiam peccatum, quoad hoc etiam verum dicit, nec dissentit secunda sententia; non enim repugnat, ut aliquid simul sit effectus peccati, & peccatum: ita occisio est effectus peccati respectu volitionis eam imperantis, & est simul peccatum; ergo etiam omisio. At non stat in hoc difficultas, punctum enim est, an ea omisio in somno sit peccatum in se, an sit peccatum formale in eadem volitione, ita ut ab hac peccaminosa somni volitione sit tantum in se denominativè peccatum. Hæc autem tertia sententia in solutione argumentorum secundæ sententiæ respondet, ut vidimus, esse tantum peccatum denominativè, & peccatum formale in sui causâ; atque adeo solo nomine differunt, nempe an omisio sacri in somno, quæ est peccatum formale in sui causâ, scilicet in volitione somni impedituri sacrum, sit etiam in se formale peccatum, an tantum denominativè à sui causâ; in quo dubio secunda vult omissionem in somno esse tantum peccatum formale in sui causâ, & esse peccatum denominativè ab eadem causâ, quia imperatur à volitione peccaminosa somni: tertia vult esse etiam peccatum formale in se à sui causâ, quod præterquamquod includit repugnantiam termi-